

5. DE BARCHORA

(1) Barchora, ut dicit Aristoteles, animal marinum est et comedit parvos pisces. Orificium huius animalis est os forcius omni ore animalis cuiuslibet, quoniam si acceperit lapidem in ore suo, frangit eum. Hoc animal quandoque exit ad ripam et herbas de-
pascit. Et tunc oportet ipsum in aquam reverti et submergi aqua,
ne cutis eius a sole desicetur et non possit se flectere ad nutum
debitum.

(2) Comprehenditur hoc animal a piscatoribus per parvos pisci-
culos, quos filo vivos consutos in mari proiciunt. Pisciculi vero
effugere non valentes, sed insimul fluitantes predicti animalis
morsibus patent ac ipsum animal alium post alium deglutire labo-
rans interim occupatus deprehenditur.

5

10

15

6. DE CETHO VEL BALENA

(1) Cethe omnium piscium maximum est, ut Ysidorus dicit. 20
Quem piscem educat mare quatuor iugerum magnitudinis. Habet
strictos oris meatus, unde non nisi parvos deglutit pisciculos, quos
odorifero oris hanelitu devorans et ad se trahens in ventrem suum
mittit. In gutture enim quandam habet pellem in modum men-
brane, et hec | multis meatibus perforata nec sinit quicquam cor-
84rb pulencia magnum in ventrem eius ingredi. Os vero magnum et
patulum habet et eo glutitus creditur Yonas propheta; nimirum
habitaculum sufficiens tanto hospiti! In iuventute dentes nigros
habet, qui in senectute albi fiunt. Os habet in fronte. Hii pisces
aliquando haustos ita eructuant fluctus, ut nimbosa alluvie pluri-
mumque deprimant classem navigancium, sed et commocionibus
et turbinibus naves mergunt. Itaque cum in mari tempestas ex-
oritur, attollunt se super fluctus.

25

30

12 consutos Boese] consuetos MS

4 Aristoteles, Hist. animal. VIII,2, 590b1-9, Aristoteles Latinus, Hist.
animal. 591b1-9 — 20 Isidorus Hispalensis, Etymol. XII,6,8 — 27 Ion 2,3

5. Barchora

5. BARCHORA

(1) Barchora je podle Aristotela mořský živočich. Pojídá malé rybky. Má nejsilnější tlamu ze všech zvířat – strčí-li si totiž do úst kámen, rozlomí jej na kusy. Čas od času připlave na břeh a spásá tam traviny, pak se ale musí vrátit do vody a ponořit se, aby se jí kůže na zádech nevysušila od slunce a nedošlo k tomu, že by nemohla podle potřeby hýbat hlavou.

(2) Rybáři ji loví na malé rybky, které navlečou živé na šňůru a hodí je do moře. Rybky sebou mrskají, nemohou uniknout, a jsou tak vydány napospas tomuto živočichu, aby je sežral. A zatímco je barchora zaujata tím, jak usilovně hltá jednu rybku za druhou, rybáři ji uloví.

15

6. VELRYBA

(1) Velryba je podle Isidorova tvrzení největší ze všech ryb. Žíví ji moře o rozloze čtyř jiter. Má úzký ústní otvor, a proto může polkyt jenom malé rybky. Láká je k sobě vonným dechem, který jí vane z tlamy; pak je zhltne a pošle dál do břicha. V hridle má totiž jakousi kůži na způsob membrány, ve které jsou četné otvory; tato kůže zabraňuje, aby se velrybě dostali do břicha nějací objemnější tvorové. Velryba má velkou a širokou tlamu, kterou prý spolkla proroka Jonáše; pro takového hosta to nebyl právě nevhodnější příbytek! V mládí má velryba černé zuby, které ve stáří zbělaví. Ústní otvor má na čele. Tyto ryby někdy nasají a pak ze sebe vyplaví tak velký příval vody, že tou bouřlivou záplavou zavalí celé loďstvo a ve vzdutých vlnách a vodních vírech pak lodě potopí. A když se na moři zdvihne bouře, velryby se vynořují nad vlny.

(2) Ballene, ut dicit Plinius, gestant fetus suos, quando infirmantur et invalidi sunt; et, ut dicit Experimentator, eos si parvi sunt, in ore recipiunt. Hoc idem facit, quando tempestatem viderit inminere; et post tempestatem evomit eos. Quando fetus ballene propter defectum aque impediuntur, ut matrem non sequantur, mater in ore aquam receptam instar fluvii ad fetus eicit, ut sic terre liberet inherentes. Adultos diu comitantur. Adolescentur celeriter. Decem annis crescent.

(3) Branchias non habentes fistula spirant; et hoc pauci faciunt e marinis.

(4) Quedam cethe tam magna sunt, quod insule videntur vel montes. Ysidorus: Hec harenas aliquando sustollunt dorsis, in quibus urgente tempestate cum naute inciderint terram se inventisse gaudentes, ut pausent a fluctibus, anchoras iactant velisque depositis, cum quiescere sperant, in firmitate falsa ignes accendunt. Quos ut belua senserit, improvise ac subito commota demergitur secumque tam naves quam homines trahit in profundum.

(5) Magnus Basilius idem dicit quod Ysidorus de ballena: Harenam in multa quantitate elevat super dorsum. Idem: Cethos cum videris in revertendo densissima glomeracione confertos, torrentem velocissimum putabis effluere; spectavi hec ego et ammiratus sum Dei sapienciam. Hec monstra in Athalantico mari, ut dicit Ambrosius, infinite magnitudinis sunt, ita ut montes putes, si ea videris altissimis ad celum verticibus eminere.

(6) Captura cethorum talis dicitur. Cethus postquam excedit 25 etatem annorum trium, coit cum ballena femina. Nec mora in ipso coitu emutilatur virtute genitalis, ita ut ultra coire non possit,

7 liberet Boese] libenter MS — 11 vel Boese] om. MS — 24 verticibus Boese] vertentibus MS

1 Plinius, Natur. hist. IX,21 — 2 opus perditum — 12 apud Isidorum Hispalensem in libro *Etymologiarum* haec verba non inveni, sed cf. Physiologus Graecus, 17 (red. I), et Physiologus Latinus, 24 (versio B), 30 (versio Y), 25 (versio BIs) — 18 apud Basilium Caesariensem in libro *Hexaemeron* non inveni — 21 Eustathios, In Hexaem. Basilii, VII,5,1 — 23 Ambrosius Mediolanensis, Hexaem. V,11,32

(2) Plinius uvádí, že pokud jsou velrybí mláďata slabá a neduživá, matky je nosí, a podle toho, co říká *Experimentator*, je berou, dokud jsou ještě malá, do tlamy. Dělají to také tehdy, když vidí, že hrozí bouře; po jejím utíšení mláďata zase z tlamy vyvrhnou. Když velrybí mláďata uvíznou při odlivu na mělčině, a nejsou tedy schopna plavat za matkou, velrybí samice nabere do tlamy vodu a vychrlí ji na mládě jako jakýsi vodní proud, aby tak mláďata z mělčiny vysvobodila. Mláďata dlouho doprovázejí doplňkové velryby. Dospívají rychle. Jejich růst trvá deset let.

(3) Velryby nemají žábry, a tak dýchají pomocí jakési trubičky; to dělají z mořských živočichů jen málokterí.

(4) Některé velryby jsou tak obrovské, že vypadají jako ostrov nebo hora, a podle toho, co čteme u Isidora, si někdy házejí na hřbet písek. Pokud pak na takovou velrybu námořníci při blížící se bouři narazí, v radosti, že objevili souš, kam se mohou utéci před vlnobitím, vyhodí kotvu a odloží vesla. A protože doufají, že jsou v bezpečí, zapálí na té zdánlivé pevnině oheň. Jakmile jej obluda ucítí, nečekaně a náhle podrážděna se ponoří a stáhne s sebou do hlubiny lodě i lidi. (5) Basil Veliký říká totéž co Isidor, totiž že si velryba sype na hřbet velké množství písku. Tvrdí rovněž, že když zahlédneš, jak se velryby navracejí v hustém houfu, nabydeš domu, že se valí nesmírně prudký tok; i já jsem to viděl a zmocnil se mne úžas nad Boží moudrostí. V Atlantském oceánu jsou podle Ambrože tato monstra tak obrovská, že spatříš-li jejich vysoká temena čnít k nebi, pokládáš je za hory.

(6) Lov velryb prý probíhá takto. Když velrybí samec překročí věk tří let, spáří se s velrybí samicí. Nedlouho po páření pozbyde jeho pohlavní orgán síly, takže se už samec nemůže dále pářit.

84va sed intrans pelagus alti | maris in tantum excrescit, ut nulla hominum arte capi possit. Infra tres annos ergo etatis sue capi potest, et hoc, ut dicit Liber rerum, tali modo: Piscatores notantes locum, ubi cethus est, aggregantur ibidem cum navibus multis et facto concentu tybarum ac fistularum circa eum alliciunt insequentem; gaudet enim sonis huiusmodi. Cumque piscatores herentem viderint iuxta naves sono modulacionis attonitum, preparatum ad hoc instrumentum quoddam ad instar rastri ferreis dentibus acuminateum clam in dorsum cethi proiciunt clamque diffugiunt. Nec mora, si certum locum vulneris dederit instrumentum, fundum maris petit cethus et africans se dorso ad terram ferrum vulneribus violenter impellit, quoadusque perfossa pinguedine vivam carnem interius penetraverit sicque subsecuta ferrum salsa maris aqua vulnus intrat et perimit vulneratum. Mortuus autem cethus fluitat super mare. Quod ut piscatores advertunt, cum funibus adeunt mortuum et ad litus cum magno tripudio trahunt, utpote certi tantis copiis habundare.

5

10

15

20

7. SEQUITUR DE COCODRILLO

(1) Cocodrillus animal est quadrupes, ut Iacobus et Solinus et Plinius dicunt, quod in terra et flumine equaliter valet. Per diem in terra frequencius requiescit et hoc adeo immobiliter, ut, nisi consuetudinem bestie prenoscas, eam mortuam credas, hyatu aves pabuli gratia invitans. Nocte vero in aquis commoratur. Habet ova velut anserum, que in terra profert, ibi scilicet, ubi fluvius exuberans non possit attingere. In fetum fovendo masculus et femina vicem servant.

25

30

15 quod ut Boese] quodusque MS — 27 invitans Boese] imitans MS

3 opus perditum — 23 Iacobus de Vitriaco, Hist. orient. 88, p. 182 — Solinus, Collect. 32,22 — 24 Plinius, Natur. hist. VIII,89

7. Následuje krokodýl

Odplove tedy na širé moře a naroste do takové velikosti, že jej lidé nedokážou žádným způsobem ulovit. Je tedy možné jej chytit pouze do doby, než dosáhne tří let, a to, jak se dočítáme v *Knize o přírodě*, následujícím způsobem. Rybáři dávají pozor, kde se velryba objeví, pak se na tom místě shromáždí s velkým počtem lodí, hrají na flétny a na píšťaly, a lákají tak velrybu, aby k nim připlavala; velrybám se totiž takové zvuky líbí. A když pak rybáři uvidí u lodi velrybu omámenou zvukem písni, zarazí jí nečekaně do zad jakýsi nástroj podobný železné motyce s ostrými zuby, který si pro ten účel připravili, a opět se nepozorovaně vzdálí. Netrvá dlouho, a pokud ten nástroj zranil velrybu na příslušném místě, velryba se ponoří na dno moře, tře se tam zády o zem a divoce si ten železný nástroj vráží ještě více do rány, až jí prorazí tuk a pronikne do živého masa. Do rány se pak za železem dostane slaná mořská voda a zraněnou velrybu zahubí. Mrtvé tělo se vynoří na hladinu. Jakmile je rybáři zpozorují, svážou je provazy a táhnou velrybu s jádrem ke břehu, protože jsou si jisti, že získali velké množství masa.

7. NÁSLEDUJE KROKODÝL

(1) Krokodýl je podle Jakuba, Solina a Plinia čtvernožec, kterému se daří stejně dobře na souši i v říční vodě. Během dne odpočívá velmi často na zemi, a to tak nehybně, že pokud neznáš předem jeho zvyky, věříš bys, že je mrtvý; on ale zatím láká svou otevřenou tlamou ptáky, aby je mohl zhltit. Noc tráví ve vodě. Snáší vejce podobná husím a klade je na souši na místě, kde je v případě, že by se řeka vylila z břehů, nemůže zasáhnout voda. V jejich zahřívání se střídají samec se samicí.

(2) Hec bestia plerumque, ut dicit Iacobus, ad XX^{ti} cubitos evalescit. Maxima pellis firmitate quasi clipeo munitur. Lingua caret. Hyatus oris eius extenditur usque ad aures. Maxillam movet superiorem. Morsus habet horribiles et tenaces. Nam stipat se pectinatim series dencium.

(3) Hyatu ergo oris invitat aves pabuli gracia. Oculis autem clausis se dormire simulat, os patulum et apertum habens. Aves | 84vb autem quasi ad escam descendentes eas perimit et transglutit. Et in hoc signat usurarios, qui egentes et pauperes mercatores invitant ad mutuum, vel principes, qui villicos suos invitant ad lucrum et postea sumpta occasione eos inhumaniter spoliant.

(4) Unguium immanitate cocodrillus armatur. In hyeme nullum cibum capit. Non solum animalibus, sed eciam hominibus infestus est, et tamen, ut dicit Experimentator, cum hominem occiderit, luget eum. Cocodrillo avulso corde postea aliquantulum vivit, quod utique est contra omne animal, quod vitam habet a corde. Carnes ipsius manducant Sarraceni.

(5) De stercore eius unguentum fit, unde vetule et rugose meretrices faciem suam perungunt, ut laxa pellis in planum extendatur et appareant pulchriores. Sed nequaquam fuscatus color perseverat in longum. Nam ubi sudor vel aqua obscena unguenta pertingerit, flavescit adulterinus color in facie pallorque condensior possidet oblitinam. Et hoc utinam semper! Sed malo suo concepta ex unguine nigredo ad lavamenta fugit aquarum statimque revertuntur in cutem solita aramenta rugarum.

(6) In flumine Nili, ut dicit Ysidorus, et in fluvio Cesaree Palestine plus quam alibi inveniuntur cocodrilli. In fluvio quodam Palestine, ut scribit Iacobus, cocodrillorum bestie sunt, et hac occasione: Fuerunt duo fratres nobiles in eisdem partibus dominantes. Cumque unus fratrem doleret consortem dominii, fecit afferri cocodrillorum genus in fluvio, ut quem palam occidere verebatur

21 aqua Boese] aliqua MS

1 Iacobus de Vitriaco, Hist. orient. 88, p. 183 — 14 opus perditum — 26 Isidorus Hispalensis, Etymol. XII,6,19 — 28 Iacobus de Vitriaco, Hist. orient. 88, p. 183.

5

10

15

20

25

30

(2) Podle Jakuba dorůstá toto zvíře často až do délky dvaceti loktů. Jeho kůže, která je mimořádně silná, jej chrání jako šít. Nemá jazyk, tlamu má protaženou až k uším a pohybuje pouze horní čelistí. Zuby má posazené v řadě vedle sebe hustě jako na hřebenu, takže je jejich stisk děsivě pevný.

(3) Otevřenou tlamou láká ptáky, aby se jimi nasytily. Se zavřenýma očima totiž předstírá spánek, avšak tlamu má doširoka otevřenou, a když se pak ptáci slétnou jako k jídlu, zadává je a zhltne. Je tak obrazem lichvářů, kteří zvou chudé obchodníky v nouzi, aby si půjčovali peníze, nebo knížat, jež vyzývají své hospodáře, aby vydělávali peníze, ale pak se chopí příležitosti a o všechno je bezohledně připraví.

(4) Krokodýl je vyzbrojen mohutnými drápy. V zimě nic nežere. Je nepřítelem nejen zvířat, ale i lidí, jak však tvrdí *Experimentator*, pro člověka, kterého zabil, truchlí. Vyřízne-li se krokodýlu srdce, zvíře ještě nějakou dobu žije, což je v protikladu s tím, co je charakteristické pro všechny ostatní živočichy, jejichž život vychází ze srdce. Jeho maso jedí Saracéni.

(5) Z krokodýlích výkalů se připravuje mast, kterou si staré a vrásčité prostitutky natírají obličeji, aby se jim povolená kůže vyhlaďila a napnula, a ony tak vypadaly lépe. Avšak tmavá barva dlouho nevydrží. Jakmile se totiž tato odporná mast dostane do styku s potem nebo vodou, falešná barva na tváři zežloutne a žena pak vypadá ještě bledší. Ale kéž by to takto dopadlo vždycky! Někdy totiž žena ke svému neštěstí po masti úplně zčerná, musí se běžet umýt vodou a na kůži se ihned objeví původní vrásky.

(6) Isidor píše, že v Nilu a v řece protékající palestinskou Caesarejí žijí krokodýlové ve větším množství než na jiných místech. To, že se krokodýlové vyskytují v jedné palestinské řece, zapříčinili podle Jakuba dva bratři, kteří v té končině kdysi vládli. Jeden z nich začal totiž těžce nést, že se musí o vládu dělit se svým bratrem, a tak nechal přivezt krokodýly a nasadit je do řeky, aby tato monstra jeho bratra, který měl ve zvyku se v řece koupat a které-

ex consuetudine balneantem in fluvio clam fratrem monstra vorarent. Transiit tempus interea seditque invidus frater facti in memor in ripa fluvii, nec mora inopinata littori irrepisit monstrum comprehensumque sedentem lacerat et cecidit cadens miser in laqueum, quem tetendit.

(7) Hanc beluam, dicit Plinius, saciatam piscibus et semper escuento ore in littore sompno datam, parva avis, que ibi crocilos vocatur, in Ytalia vero rex avium, invitat ad hyatum pabuli sui gratia. Os primum scalpit, mox dentes et intus fauces, demum ut telum aliquod inmissam eredit avem. Sed quid in cibum confert tam parva avis tam magne belue, nisi solum illud, quod prede patuit et rapina fuit? (8) Hic quidem cocodrillus iniquos principes signat, | quorum os sunt magni proditores, qui ore pacem ferunt et in corde maliciam; dentes vero villici sunt, qui pauperes spoliant, fauces vero secretorum consiliarii. Ad hos omnes miser aliquando rusticus venit, qui ambit villicacionem et omnibus de suo tribuens atque promittens impetrat ingressum. Nec mora ubi saciaris credit, non solum in hiis, que rapuit, verum eciam suis omnibus spoliatur.

(9) Genus hominum est huic belue naturaliter adversa et inimica circa Nili fluminis ripas, ab insula, in qua habitant Tyntiri appellati. Mensura huius gentis parva est, sed animosa adversus has beluas. Soli enim audent innatate fluvio Nili, in quo habitant cocodrilli, saliuntque super dorsa eorum et eos equorum more inequitan. Hyantibus ergo beluis resupinato capite sessores dextra levaque clavam in ore hyancium quasi pro freno tenent et in terram captivos agunt ac voce eciam sola territos cogunt evomere recenter assumpta corpora.

(10) Quidam hoc animal sicut ursum semper crescere crediderunt.

27 territos Boese] tritos MS

6 Plinius, Natur. hist. VIII,90

5

15

20

25

7. Následuje krokodyl

ho neměl odvahu zabít veřejně, tajně sežrala. Uplynul nějaký čas, závistivý bratr zapomněl na to, co nastrojil, a usedl jednou na kraji řeky. Netrvalo dlouho a ke břehu se nečekaně připlazilo ono monstrum; popadlo ho, jak tam seděl, a rozsápalо ho. A tak se tomu nešťastníkovi stala osudnou jeho vlastní léčka.

(7) Plinius uvádí, že když se toto zvíře nasýtí rybami a s tlamou plhou potravy se pak oddává na břehu spánku, nechá se vyhlídkou na hostinu přilákat k jeho obrovské tlamě malý ptáček, kterému se tam říká kulík, zatímco v Itálii má jméno „ptačí král“. Nejprve oškrabuje krokodýlovi tlamu, hned poté zuby a vnitřek chrtánu. Nakonec ale krokodýl tohoto ptáčka, který mu do krku vniká jako šíp, zakousne. Ale kolik potravy může poskytnout takový malý ptáček tak velké obludě? Nejde jen o to, že se naskytl jako kořist, které je možno se zmocnit? (8) Tohoto krokodýla můžeme ztožnit se špatnými pány. Jejich ústa jsou ti nejhorší zrádci, kteří slovy hlásají mír, ale v srdci jim vládne špatnost, jejich zuby jsou obrazem správců, kteří ozebračují chudáky, a jejich chrtán představuje rádce, kteří skrývají tajemství. K nim všem přichází chudy rolník a snaží se získat úřad správce; dává všem ze svého a rozdává sliby, a nakonec se mu podaří mezi ně proniknout. Netrvá však dlouho a ve chvíli, kdy si myslí, že už má dost, je obrán nejen o to, co ukořistil, ale i o všechno ostatní.

(9) Na břehu řeky Nilu žije národ, který je této oblude přirozeným nepřítelem a protivníkem; podle ostrova, na němž bydlí, se mu říká Tentyrové. Jeho příslušníci jsou sice malé postavy, vůči těmto netvorům si však počínají srdnatě. Jako jediní se totiž odvážují plavat v Nilu, ve kterém krokodýlové žijí, vyskakují jim na hřbet a jezdí na nich jako na koních. Krokodýlové otevříají doširoka tlamu a zaklánějí hlavu dozadu, Tentyrové na nich sedí a v té otevřené tlamě jim pevně drží pravou i levou rukou kolík jako udičko; takto chycené je pak ženou na souš. Zde je pouhým hlasem zastraší a přinutí je vyvrhnout těla, která v nedávné době pozřeli.

(10) Někteří lidé věří, že stejně jako medvěd i toto zvíře stále roste.